





**V I R O**  
**NOBILISSIMO AMPLISSIMO PRAECELLEN-**  
**TISSIMO QVE**  
**D O M I N O**  
**M. IO. GEORGIO**  
**HOCHFISENIO**

**S. THEOL. CANDID. ATQVE AMPLISS. SAPIEN-**  
**TVM ORDINIS IN ACADEMIA VITTEMBERGENSI HVCVSQVE**  
**ASCRIPTO MERITISSIMO**

**NVNC VERO**  
**PROFESSORI P. APVD VRATISLAVIENSES**

**DESIGNATO LONGE DIGNISSIMO**

**PATRONO FAVORI AC PRAECEPTORI**

**SVO SINGVLARITER OBSERVANDO**

**ACQVITAS NOVAE DIGNITATIS ACCES-**  
**SIONES**

**L. M. Q.**

**GRATVLATVR**

**M. GODOFREDVS VVAGNERVS**

**IVTREBOCENSIS SAXO**

**VITTEMBERGAE PRELO KREVSIGIANO**

AMPLISSIME VIR,



Ndecim, nisi fallor, praeterlapsi sunt anni, cum inelytam hanc propter Albim Musarum sedem, summa et admirabili quadam ad continuanda studia cupiditate concitatus, adiisti. Ex eo autem tempore tanta cum laude, tamque insigni studiorum incremento, bonis literis ac sobriae illi Philosophiae omnem dedisti operam, ac publicis omnibus priuatisque Doctorum scholis, maxime vero Celeberrimi ROESCHELII TVI, nunquam non interfuisti, vt, summis in Philosophia honoribus iure meritoque impetratis, quibusdam item disputationibus, summo cum applausu conscriptis habitisque, Amplissimis Sapientum Ordinis Patribus, TE in Ascriptorum numerum recipere, fuerit visum. Quibus nouis honorum dignitatumque accessionibus digne collatis, ab eo statim tempore, ingenti Philosophiae cultorum commodo, TE perpetuo fuisse vsum, nemo, nisi laudis TVAE inimicus, vnquam infitias ibit. Omni enim cogitatione curaque in id incumbebas vnum, vt omnibus, qui abs TE liberales ingenuasque artes, linguas item, quae ad Orientem spectant, addiscendi mirabili quadam cupiditate flagrabant, nullo tempore deesse videreris, propterea, quod egregia mentis animique bona, a Deo O. M. tam largiter TIBI concessa, seponere nolebas et abscondere, verum aliis potius his ipsis inferuire cupiebas. Quapropter per totum fere diei spatium, tantum non omnes Philosophiae partes, Linguamque item Hebraeam, in qua ad elegantiam vsque excellebas, praelegere consueuisti, tam facili arte viaque v-  
sus

111  
sus docendi, vt non multi solum perceleriter, sed egregie quoque, et cum admiratione multorum, in hoc eruditionis genere proficere possent. Saepius praeterea in Sapientum pulpitis stetitisti, atque haud ita pridem Disputationem argumenti sacri, docte omnino conscriptam, ductu Magnifici D. IOANNIS GEORGII NEVMANNI, Viri non de hac solum Academia, sed vniuerso quoque puriori coetu, immortalem in modum promeriti, strenue vindicasti. Qua de causa omnes ac singuli, existimationis TVAE studiosi cupidique, incredibili ac prope singulari TE amore prosequuntur, atque, vt maioribus quoque praeficiare muneribus, optant. Neque huius vnus regionis finibus TVA sese fama continuit, sed latius peruagata est, ipsamque adeo Silesiam, immo Silesiae caput, VRATISLAVIAM, Urbem ingenii commerciiisque multo florentissimam, in TE conuertit, non prius desitiram, quam in suas TE partes totum trahat, TVIque ingenii et doctrinae doribus deinceps perfruatur. Quae cum ita sint, non possum, quin communi in gaudio, pietate ipsa has mihi laetandi gratulandique partes, veluti lege quadam, imponente, debitam in TE obseruantiam fausta acclamatione tesser, propterea, quod, nomine haud vno TIBI me obstrictum deinceps esse, libens profiteri cogor. In magna enim vtique felicitatis parte ponendum esse, duco, quod TIBI, cum primum Wirtembergam, meorum causa studiorum, ante quadriennium fere venirem, haud innotescendi solum, sed eruditissimas quoque TVAS Scholas adeundi, statim facultas mihi daretur. Singularis praeterea humanitas TVA, qua polles, ac beneuolentia, quam mihi per totum illud temporis spatium luculenter declarasti, tanta est, vt haud vllis quidem verbis eam exprimere satis queam. TV certe, CLARIS-  
SIME


SIME VIR, auctor mihi exististi ad rectiorem studiorum  
ineundam rationem, ac semper, cum variis de rebus  
TEcum mihi colloqui permitteretur, TVAM exquisi-  
tissimam sententiam de dubiis quibusdam meis, in stu-  
diorum cursu passim obuiis, communicare mecum,  
TEque pariter Praefide, semel atque iterum publice dis-  
putationem habere, fuerit datum. Quare nihil perin-  
de cum aliis disciplinae TVAE Alumnis, in votis habe-  
rem, quam, vt diutius TE hac in Vrbe commorari per-  
mitteretur, sed, quoniam Deo ita placuit, in summi prae-  
potentisque Numinis nutu atque arbitrio acquiescen-  
dum esse, arbitramur. Idem igitur illud, quod eo no-  
mine oro persancte atque obtestor, clementer conee-  
dat, vt hoc TIBI noquam muneri genus bene feliciter-  
que eueniat, in Gymnasio huius inelyti commodum in-  
gens, totiusque adeo literati orbis haud vulgare decus,  
vtque, corpore saluus ac animo florens, quam diutissime  
supersesse queas. Adsit propitius idem Deus toti TVO  
muneri, TVOSque laude dignos conatus ac labores di-  
uinitus gubernet, vt sempiterna ipsius gloria, studiosae  
item luventutis emolumentum, magis magisque am-  
plificentur, atque ex fidei TVA disciplina Viri nun-  
quam non prodeant, qui Deo, eius diuino coetui, Rei-  
publicae, totique pariter literatorum ordini, commoda  
non vna afferre queant. Interim, vt mihi meisque stu-  
diis, prout olim, sic deinceps quoque, fauere pergas,  
maiolem in modum precor, TIBIque vna certo persua-  
deas, uelim, obseruantiam in TE meam nec temporis  
duritate, nec longinquitate locorum, ex mente vn-  
quam aut animo meo deletum iri. Vitembergae in  
Saxonibus, A. R. G. CO. P. CC. IX,  
IV Id. Sextiles.

Ung VI 3

W 18  
V 17







I R O  
 AMPLISSIMO PRAECELLEN-  
 TISSIMO QVE  
 O M I N O  
**GEORGIO**  
**HEISENIO**  
 D. ATQVE AMPLISS. SAPIEN.  
 ADEMA VITTEMBERGENSI HVCVS QVE  
 CRIPTO MERITISSIMO  
 NVNC VERO  
 APVD VRATISLAVIENSES  
 NATO LONGE DIGNISSIMO  
 TORI AC PRAECEPTORI  
 GVLARITER OBSERVANDO  
 OVAE DIGNITATIS ACCES-  
 SIONES  
 L. M. Q.  
 GRATVLATVR  
**REDVS VVAGNERVS**  
**EBOCENSIS SAXO**

BERGAE PRELO KREVSIGIANO

